Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



hoc impossibile est
apud dm autem omnia possibilia sunt
tunc respondens petrus dixit ei ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis
ihs autem dixit eis amen dico uobis quod uos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et uos super sedes duodecim iudicantes duodecim trib' israhel
et omnis qui reliquerit domum uel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum centuplum accipiet et uitam aeternam possidebit
multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi